


Ad. Bursam Acyni.


Ad. L.

D

Ad.



In nomine domini Amen. Anno Nativitatis
eiusdem Millesimoquingentesimo undecimo Inditione decima sexta
die vero Mercurij quarta mensis Junij hora prima postmeridiana
vel quasi Pontificatus sanctissimi in Christo patris et domini nostri
dñi filij divini providen ppe sedi anno octavo Venerabiles et
eximij viri Valentinus Kheiler ex Holabrum artium et sacre theo-
logie professor ecclesie cathedralis Viennensis als Omnis fitorum ibm
Canonicus Thomas Kessler ex Kheimbis artium doctor et poeta
laureatus collegij principum in Vienna collegia Wolfgangus
heute ex liberacivitate et Martinus Elinger de Welle artium
ingenuarum et philosophie magistri etiam antedicti collegij dñi
collegiati ptunc Superintendentes fundationis seu stipendij
olim felicitis memorie providi et circumspecti viri dñi Johannis
Dorger cuius Viennensis Comparuerunt et quibus eorum comparuit
personaliter coram nobis Johanne Hechman ex Schillingstat artium
magistro sacreque theologie licentio alme Universitatis generalis studij
Viennensis Rectore et nro venerabili consistorio in patria nostri
Scribe iurati seu Notarii publici infra scripti et in mediis ibm
exhibuerunt quendam libellum sine processu Statuta leges et ordi-
nationes subscripti pretacti stipendij Superintendentium et sibi
inhabitantium ac aliorum dispositum prout sequit in se continen-
seditate petentes qñs ead statuta per nos et nram pstatam Uni-
versitatem confirmarentur necnon per Notarium publicum sub-
scripti sui officij requisitione pmissa in publica forma redige-
rentur. Sed quia huiusmodi petitione invenimus iustam equam
et rationi consonam pie annuimus eorundem voluntati predictarum
statuta confirmavimus et vigore patrum sigillo nro appenden-
dum confirmavimus necnon per nostrum Notarium publicum
subsignandum in publica forma redigi mandavimus. Cuiusquid
libelli tenor sequitur et est talis.




**Statuta studentium stipendiatorum
in domo nuncupata Bursa agni als
Sprenger ex fudatorum domini Joannis Sorger civis
Viennensis**

Maiores vero testatur auctoritas suadet ratio ac docet satis
superior experientia adolescentie curis anticipites incertum quoque
quibus ad vicia currit declinare: sua etiam vi veluti reperibus ha
iustemodi vias obsequere consultius vera sapientia infundere
perturbibus humanis ac animos noxios estuantes desiderijs vitijs
refrigerare atque passiones iuueniles potenter extinguere adeo
ut hac occasione que olim inconstante macula veluti multico
lore reddidit huc mox stabilitas posterius quasi uniformem
statum grauitatis ac certe necno laudabilis vite lineam amplecti
facit. Et que prius malum vite diuersitas effertit huc in vere con
stantie fundamentum tandem consuetudo ex legibus conabilibus introducta
stabile reddere sine efficere nouit. Plerumque diuturne consuetudinis
usus vertit in naturam quod tanquam amarum proorsus et asperum infir
mitas humane fragilitatis sine corruptela metis minus prouide
inducta phoerebat. Hac via conscientie ager feridatus virtutum se
getibus florestit ut nequaquam in eo viciozum aculei possint intrudere
aut viciozum pestes valeant pullulare. Verum cuiusvis sapientie
initium timor esse dignoscitur qui aliquando in verum vertit amore
ita ut iustiduz delectabilis fiat quicquid durum asperum videbatur
Itaque leges conabiles totam metis ariem ad veritate vberem inclinat
latibula honesta expetit colloquijs bonis adesse suadent necnon
tenebrosam fantasmatum caliginem comodius declinat: sicut e regione
effrenata sine timore adolestetia in discipline loris ac regulis
pruide non si sit constricta facilius cursu rapido in malum corruit
et abyssum. Nos igitur Valentinus Hreeler ex hola
brum artium professor sacree theologie doctor ecclie sancti stepha
ni Viennensis Canonicus ac Thomas Kessch ex hronb's artium
professor Poeta laureatus et collegij ducalis collegiatus

Wolfgangus heute ex liberacuitate et Martinus Dlinger
de Wells artium magistri eiusdem collegij collegiati Secretarios
hac in parte testamenti seu ultime voluntatis sagacis vici
felicitis recordationis domini Joannis Sorger olim cuius Viennensis
ac fudatoris infra scriptorum nominatissim tenore prout no
tissimum vniuersis quibus expedit. Postquam domus quondam
Bursa Sprenger nunc vero Bursa Agni vocitata erecta est atque
edificata recte denique vinee prestantes necnon certi prouetus
domui prestate additi sunt Baccalarij insuper et scolares eidem
loco cum suo stipendio deputati ordinatiq; sint. Volentesq; eosdem
totis metis affectibus in virtutum et disciplinarum studio confirm
gere quos in eum semper gloria fugiant et ad scientiarum culmina
pertingant necno ad gloriam dei omnipotentis aiaz salute ecclie
sancte utilitate et honore patrie comoduz ac fudatoris deus
deo auspice felicitate recipiant incrementa. Recto rationis libramine
considerauimus ut vix in eum pfereret contubernium comendabile
in morum disciplina si non fuerit debitis regulis ac conabilibus
legibus decoratum ornatumq;. Idem nempe crebrius successu tepore
visa sit succedere prostituta innocentium aiaz vnde pullulare
debuerat semina virtutum. Nos igitur huiusmodi periculis
quibus in nobis est obuiare cupien quosdam ordinationes ac
statuta prefatorum nostrorum stipendiatorum statum et mores concernen
manuum consensu maturaque deliberatione prehabitis ordina
uimus prout etiam in scriptis recepimus in mandatis ordinamus
ut sequitur.

De cultu diuino

In primis igitur ab his que diuinum concernunt cultum a quo tanquam
ab omnium bonorum fundamento statuimus quod quilibet huius vel baccala
lauris vel scolaris sub stipendio prefato degens teneat quot
die ante vel post consuetas suas orationes orare pro fudatore
ac benefactoribus psalmum quinquagesimum scilicet Miserere mei deus etc



cū orōne dīna pro eīs vīculo et collecta adiūctis.

Item in singulis quatuor angarijs sit quilibet eorū obligatus ad vigilias mortuorū quas quilibet legat seu oret p̄ animā suā ac benefactorū et omnium fidelium defūctorū nisi egritudine prepediente aut alia rationabilis causa excuset. Prouisorū eorū allegata et ratio nabiliter ab ipso approbata sub pena duorum grossorum.

Item pro vite custodia statuim⁹ et inconfraete obseruari volum⁹ vt quilibet stipendiatus tunc p̄s qm̄ futurus teneat⁹ confitendo vocaliter sacerdoti sua peccata abluere ter ad min⁹ in anno Pasche videlicet Assūptionis v̄ginis et Natiuitatis dom̄ saluatoris. Si quis autē predictā ordinatio transgressus fuerit tādū puniat⁹ oī ebdomada septem denarijs quādū se nō curauerit emendare. Et si quis vltra mensem (quod absit) in sua pertinacia p̄dura uerit nec se post trimā monitionē prouisoris emendauerit excludatur a stipendio.

De prouisore stipendiatorū.

Item Quia multitudo plerūq; confusiones ac discordias ḡnare solet statuim⁹ qd̄ semp̄ per superintendentes stipendiū prefati debeat vnus ex sepeditis stipendiarij eligi qui aliorū curā gerat cui tanq; prouisorū ac gubernatorū eorū speciali secundū tenore statutorū teneant⁹ omnes ac singuli per oīa obedire ei⁹ debent tam reuerenti⁹ ac obediēti⁹ exhibere.

De iuramento et officio prouisoris.

Item Statuim⁹ qd̄ prouisor mox iurabit ad manus p̄ncipalis superintendente vt officiu suū fideliter exerceat. sicuti in h̄o statuto describitur.

Item prouisoris officiu sit domū seu domos diligenter in oībus suis defertib⁹ tam intrinsecis qm̄ forinsecis considerare. ruinas in parietib⁹ tectis ac pavimentis ad aures superintendentū prefectorū superintendentis p̄ncipalis deducere celeviter. habeatq; cū sātū et voluntate superintendentū aut sui de

putati stipendia distribuere. singulorū sibi comendatorū quere las audire secundū tenore statutorū diffinire excessus stricte emendare nulliq; parere rebelliones et proteruias (si opus fuerit) ad p̄ncipales superintendentes aut eorū vices pro tempore gerentes deducere et ipsorū aut ipsius consilio singula notabilia considerare ac disponere. p̄cipue tamen que p̄ntib⁹ non sūt expressa nec sibi concessa aut imp̄sterū concedenda.


Item hortamur vt talis sit benignus ad suos confratres fraterniq; corrigat ac ad penas sibi commissas discrete p̄cedat amore iusticie et honestatis conseruande et non inuidia aut iniusta vindicta. alioquin pena non euadet quā p̄ncipalibus superintendentib⁹ stipendiū prefati in hac parte specialit̄ referuam⁹ insisterem⁹. Volum⁹ tamen qd̄ pena exclusionis a domo nullus habeat infringere nisi superintendentū ad hoc expressus habeatur consensus ad quos etiā si prouisor vere vel apparenter excederet quo ad se vel ad alios singularit̄ habeat⁹ reuerses.

Item prouisor prefatus sub iuramento suo p̄stito custodiat et conseruet libros. vasa vna et alias res stipendiū datus vel dandas pro futuro in via vltime voluntatis seu alij quouis modo faciatq; p̄ntib⁹ superintendentib⁹ aut eorū vices gerenti oī anno in vacationib⁹ Natiuitatis Christi vel alio tempore congruo de oībus istis calculū p̄ntibus tūc etiā alijs stipendiatis et infra mensem satisfaciāt de perceptis rebus sub pena exclusionis a stipendio et confiscationis omnium bonorū suorū p̄ stipendio sepedito.

Item Ne proxijs stipendijs videatur militare volum⁹ qd̄ talis habeat qualē angaria de bonis stipendiū mediu tē d.

Item Cūlibet stipendiatorū mutuet libros ad suā necessitatem sibi valentes recepto ab eo chirographo de tpe receptionis et glitate libri. Alienis autē et extra domū non concedat nisi exponat pign⁹ equalens libro si alij ab intraneis fuerit occupatus.

Item prouisoris consilio audiant scolastici et baccalaueri. lectiones et exercitia publica ne lectiones nimis alte aut paru



utiles impedimentū present talū promotioni.
Item Talis habeat apud se statuta siue ordinationes stipendiij
disponatorū lectione eorū alijs stipendiatis pntibus totiens quoti
ens iudicauerit expedire. ita ut ad minus bis in anno circa mu
tationes easdem legere non postget legitimo impedimento
non extante

Item Superattendens principalis alijs superattendentibus
in pntia duorū vel triū de Collegio de terra Austrie faciat rones
de perceptis et expositis et tandem etiam vniuersitati

De recipiendis ad stipendiū prefatū et qualitate eorūdem

Item Nullus recipiat ad stipendiū seu fundatiōe predictā
nisi cōpetenter fundatus in puerilibus ita ut aptus sit audire
lectōnes magroz in vniuersitate legendū.

Item Eligantur dūtaxat baccalaurei et scholastici doctiles ac
studiosi non ebetes segnes aut sibi vel alijs parū utiles ita ut
scholaris in tribus annis ad maximū possit ad baccalaureatū
in artibz regulariter p̄moueri. Baccalaureus vero in duobus an
nis ad magistrerū in eisdem a tempore sui examinis alioquin
isto tpe elapso locus eius in stipendio vacet et in locū eius alius
assumatur ita ut scholaris ad maximū habeat quinque annos
regulariter vsqz ad licentiā in artibus inclusiue sub pena ex
clusiōis a stipendio in quibz teneat p̄moueri nisi rationalis
causa per superintendentes acceptata alicui mereat tempus sue
promotiōis ad angariā vel amplius prorogari. Siquis vero in
examine suo aut tentamine refutatus fuerit a stipendio excludat
nisi forte spes assit recuperandi et amplius p̄ficiendi extit poterit
sibi hac vice indulgeri. **Item** vero iam p̄motus habeat duos
annos in quibz se exercere teneat regendo et legendo in artibus
et audiendo lectiones in theologia aut etiā iure canonico vtilit


adeo ut opera pariter et sua incrementa palam fiant. Et extunc
poterit talis per superintendentes prefatos ex gratia ad annos
tres vel quatuor in predicto stipendio conseruari. Si autem talis
magister tepidus inueniet in premissis et legitime monitus
se nō emendauerit iste a stipendio debet amoueri tanqz arbor in
fructuosa et alius in eius locū surrogari. Ita ordmantes indispen
sabiliter qd talis post suā ad magistrerij promotiōe cōtinie au
diat lectōnes in theologia atqz in canonicis respondeat necnon
gradu baccalaureatus aut licentie in prefata facultate nantifia
tur sine dolo et se possitens exerceat in eadē sub pena immediate
premissa. Potest tamen nihilominus lectiones iuris canonici pu
riter visitare ac in eodem gradu recipere.

Item Eligantur scholastici ad clericatū tendentes ac baccalaurei
non irregulares aut cozpe viciati. Et generalit̄ qui sine dispen
satione possint ad sacros ordines promoueri nō contentiosi diso
li. luxores ebrietatibz inservientes luxuriosi a alijs moribz inopposit

Item Volūm qd cuiuslibet electi ad stipendiū prefatū dies e
lectionis et iuramenti prestatio in registro ad hoc ordinato con
scribantur per prouisorum

Item Sepediti stipendiati et eorū successores sint de ducatu
ac terra Austrie sub Onaso vel supra Onasū quorū electoz pnt
tenore superintendentibz domus inferioris describendis duximus
cōmittendū ita ut habeant auctoritatē et ius p̄petuis teporibus
eligendi electos approbandi approbato cōtinuandi et transpres
sorez puniendi imo et licentiandi ac mutandi quotiens visus
fuerit eisde vel maiori parti expediens et oportū quēadmodū
fidator eisde tanqz executoribz suis potestatz tradidit

Item Crescentibus prouentibz prefati stipendiij crescere et de
bet numerus stipendiatorū ac augeri ita ut huiusmodi sti
pendiatorū pluriplificatione cōmittimus superintendentibz sti
pendij pro tempore quorū conscientias in hac parte oneramus



De iuramento intrantium ad stipendium

Item Jurabit talis ad stipendium electus ad manus superintendentium principalium aut eorum vires pro tpe gerentis pntibus alijs stipendiatis qd seruetur statuta et ordinationes stipendij. et qd pro posse suo ipsius bonu pcurabit et damna impedit.

Secundo iurabit qd singulas res stipendij prefati eidem nunc deputatas aut in futurum deputandas fideliter conseruabit et custodiet ita qd nulla talem alienet aut sponte destruat vel sibi vsurpet tanq propria occulte vel quouis quesito colore sine fraude et dolo.

Tertio qd si unq a stipendio amotus fuerit vt illam amotionem nec per se nec per aliu directe nec indirecte verbo aut facto oino velit vindicare exgra retores stipendij prouisores stipendiatos aut quoscuq alios sed sine tota dictione stipendij exeat in termino sibi prefico.

Quarto iurabit qd si unq tpebus futuris sibi fortuna pinguior acciderit qd suis facultatib velit hanc fundacione iuxta gratiaz sibi a deo datam et ppria voluntatez tui id committere decreuimus fideliter ad ampliora promouere ac adiunare.

Quinto iurabit qd penas et onera in statutis descriptas aut aliunde p superintendentes aut prouisoze stipendij impositas velit sponte subire et eisde in licitis ac honestis obedire.

Sexto iurabit qd cu efficaciter statuit velle statim stipendij resignare extitit primo sua intentione velit sine dolo ad minus vni superintendenti significare vt magnorum preces in damnu stipendij supplantiu consultius valeant declinare.

Item Cum inconsiderata iuuentus frequent non malicia sed passione p mota seduci ac varijs motibus abduci videatur. ob quod aliquando excessus etia notabiles reputati a prudentibus digni venia iudicantur. Hinc nos supranotiati Valentinus Thomas Hoffmannus et Martinus infrascriptis superintendentibus et successoribus pro futuro concedim facultate

ac posse comutandi penas infractas exclusionis dntur ex cepta pena precepte si spes aderit emendandi in certis alias congruas ac placentes penas quas talis sponte subire teneatur pro reconciliatione quas quidez si subierit reconciliet ista vice.

Si quis autem premissoz supradictas penas vel als sibi per prouisoze siue superintendentes aut deputatu eozdez inflictas resistauerit et animo obduro ter monitus per prouisoze duobz stipendiatis pntibus rebellis pstitit hic a domo et stipendio moye excludatur et alius in eius locum surrogetur.


De modo viuendi quo ad studium

Item Perdoctos qm maxime elegans exornat latinitas qua sine vsu nemo adipiscitur. Statuimus qd nemo loquatur theotomicu vbiatq in bursa sub pena vnius obuli quem si soluere resistauerit vel als circa solutione contumaciter se habuerit grauius puniatur per prouisoze.

Item Quilibet scholaris baccalareus et Mgr quotidie teneatur ad minus audire vna lectione ita vt baccalareus aut scholaris audiat lectione vna ad minus in artibus vnacum exercicio preter exercitiu bursaliu atq magister lectione ad minus vna in theologia vel in iure canonico nisi prouisoze ipse scholari aut baccalareo indulgeat vt ante examen vel tentamen p angaria vacare valeat ad se recolligendum.

Item hortamur mgros nros qns omni die sese pro posse in morali phia exercitent que multu utilitat ad theologiaz et ius canonici adipiscend confert.

Item Stipendiati adinuice conuersentur honeste intus et extra stipendiu tractando se mutuo reuerenter et charitative verbo et facto presertim minores ad maiores et omnes ad prouisoze stipendij reuerenter se habeant. Offensores vero si deliberato aso iniuriandi verbis ad iniuria infame presserit



aut pertinaciter vel abs[que] quod absit usque ad sanguinis effusio[n]em
cuiuscumque processerint a stipendio excludantur. In minoribus vero
prouisoris stipendij ambe partes stent iudicio et arbitrio ita ut
pena non euadant condigna saluus tamen semper pens ab uni
uersitate seu facultate artium talibus transgressoribus inflatis

De habitudine studentium quo ad mores.

Item Carnalitates nedum fama demergunt ingenium ebe
tant sed et specialiter studio pre ceteris aduersantur et obuiant
que sola occasione fuga cautius euitantur. Ideo nullus presu
mat aliquam mulierem in sua camera[m] introducere suspectam.
Quod si quis contrarium fecerit absque gratia a stipendio expellatur.
Eidem pene subiacet qui in domo fornicatus fuerit etiam si
mulierem non introduxerit et hoc dummodo palam fuerit sceleris
perpetrati. Sin autem aliquis quendam fortasse occulto ipso solo
sciente deprehenderit cum suspecta talis fraterne corripat de
prehensum mox et moneat ut emittat quo facto taceat hac vice.
Ictus autem si duobus hoc factum constiterit tunc factum deducatur
ad aures prouisoris qui hoc pena condigna puniat et si opus
fuerit ad principalem superintendente[m] deducat. Si vero secunda
vice deprehensus fuerit occulte maiorem adhibeat correctionem.
Si vero tertia vice lapsus fuerit et co[m]mittit ex iuramento suo
taliter ut premissum est infra triu[m] dieru[m] spatium eundem teneat
denuntiare prouisorii qui de uoluntate superintendente[m] talem
sine gratia excludat tanquam incorrigibile[m] ne suo malo exem
plo ceteri usurpent occasione[m] delinquendi aut grauiora ad fa
ctiora perducantur.

Item Nullus pernoret in ciuitate aut suburbio extra bur[s]as
imo nec in bur[s]a extra sua[m] camera[m] propriam nisi ex causa utili
necessaria et patenti de licentia tamen prouisoris stipendia
toru[m] sub pena septem denario[rum] quod si ter perpetrauerit et

monitus per prouisores se non emendauerit a stipendio sicuti
fornicariis excludatur.

Item Precaueant omnino ne disturcant plerumque ad lares pa
ternos aut alia loca extra ciuitate[m] nisi rationabilibus causis
quas coram superintendentibus vel vices gerente et prouisore sti
pendij quilibet debet exponere extunc obtenta licentia infra termi
num sibi assignatum sub pena priuationis stipendij teneat redire.


Item Nullus presumat aliquem cuiuscumque conditionis existat
hospitare per noctem in sua camera sine speciali libertate prou
isoris saluus in hoc statutis vniuersitatis de huiusmodi men
tionem facientibus.

Item Tales stipendiati habitent in edificio nouo bur[s]e Agmi
simul prope portam platee pistoru[m] quantum fieri potest conue
nienter ita ut mores et conuersationes singulorum possint ab
inuicem et a suo prouisore reprehendi et ne solitudo cuiquam
forte prebeat occasione[m] delinquendi.

De superintendentibus stipendij.

Quia sine preceptore vix in longum conuersatur absque delictis
preceptus ac effrenis adolescentia Ideo nos supradicti Valentinus
Thomas Dolfgangus et Martinus conseruatoria et superin
tendentia prefati stipendij pariter et bur[s]e totius suorum etiam
in ea stipendiatorum tuum presentium quam futurorum institutione
ac destitutione totiensquotiens oportuni fuerit ac omnem et sin
gulorum sepedicto stipendio seu bur[s]e ac eius inuoluis inuenerit
tuum ordinationes nobis reseruamus quoad in humanis degimus.
Sic tamen ordinantes quod antequam querentia ex nobis ab hac lu
ce migrare contingat aut si quis nostrum superintendente[m] hunc
cesserit teneant alij superintendentes ex nobis alium agere
de ducatu Austriae infra vel supra Onasium actum aut ut implu
rimu[m] Viennae morante[m] surrogare qui in omnibus et singulis pre
fatis stipendio incumbentibus vnari alij sic nominatis iuxta

Magistru[m] de ducatu
Austriae.



presencia statuta superintendendi et ordinandi habeat facultatem et sic semper continuet. Qui et si euentu omnes sine substitutione deficerent extunc ad seniores magistros de terra Austrie in artibus collegiatis collegij Ducalis infra Onasium. et ad prouisorum stipendij ois suscipi potestas et superintendentes eligendi et stipendiatos assumendi pariter et puniendi sit legitime deuoluta ita tamen qd infra unius mensis spacium legitimo et notorio impedimento cessante superintendentes eligantur per eosdem sub pena arrestationis stipendiariorum oim stipendiariorum nrorum que extunc ad seniores Collegiatis de terra Austrie infra Onasium deponi debent usqz ad talium superintendentium electionem cum effectu. Volumus etiam qd quilibet superintendens casu diuturne absentie sue a Vienna habeat vices suas alijs superintendentibus committere usqz ad sua reuersionem. Et quia facile negligitur quod a multis simul custoditur volumus et statuimus qd predictis non obstantibus sepedicti superintendentes ex seipsis unum deputare habeant tanis singulis principalem qui ipsius stipendij et sibi imminentium curam habeat singulare ordinet quoqz singula dietim stipendio occurrentia. In maioribus autem causis stipendij tangentibus nihil faciat sine aliorum superintendentium assensu et voluntate.

Singulis Annis admistratores eligendy


De distributionibus stipendiariorum sciendis.
Aquo ad bonum viuendi modum multum demonstratur conseruare re cum temporalium ordinata communitio ideo statuimus et concordi voto tenore prout ordinamus qd in omne tempus prouentus et redditus stipendij sint oibus prefatis stipendiat communes. Ita qd ipsis de voluntate deputati siue vices gerentis superintendentium per equales portiones inter eos fiat diuisio saluis etiam esculentis et potulentis si qua aliquando eis administrantur siue deputarentur que semper diuisione equali sine dolo volumus remanere. Volumus tamen et statuimus qd absentibus a Vienna

pro toto tempore absentie nulli ius competat ex huiusmodi potulentis et nec aliquid post aduentum de neglectis posterius repetendi sed qd hec portio neglecta in potulentis et remaneat communitati nisi aliquis in negotio stipendij absentis esset tunc eidem talia administrantur ac si presens esset. Hanc autem diuisionem in rebus potioribus fieri volumus iuxta beneplacitum superintendentium aut deputati qua diuisionem si quis stipendiariorum impugnare aut murmurare presumpserit pene subiaceat duodecim grossorum. Acta sunt hec Vienna eiusdem die in magna sala Collegij Ducalis sub anno Indictione die mense hora et pontificatus quibus supra Pontificis idem Honorabilibus viris artium liberalium Gymnasij sepedicti magistris Johanne Kilmair et Wisinger et Petro Freylander de Wolffperg Constantien et Salisburgen diocesis testibus ad premissa vocatis rogatis pariter et requisitis.



Handwritten Latin text, likely a continuation of the document or a separate entry, written in a cursive script.





Handwritten text, possibly a title or date, in a cursive script, located in the upper right quadrant of the cover.

Handwritten initials or a mark, possibly 'B' or 'C', located in the middle right area of the cover.

